Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26324
Copyright: Admont, Benediktinerstift

euenerit · lectionē de martyrologio ipse partim · ita ut medietas ei uno · & medietas alto die legat · In cena dni ipse tamen de hostis fac esterari ut in sequenti die sufficiat omnium comunioni · Eadem die qq; ipse de cristallo nouum elicit ignem · & in parasceue dum crucem pene adoratam uidetur esse · accelerat in uestiario processionem ordinare · ut corpus de altari ubi pridie reconditum est ad maius altare reportetur · Qd fiet isto modo · Primo sacerdotes duo albis & fanonis induti cum candelabris · tertius cum turibulo procedunt · Nullus enim conuersus hunc officio se admittit · Quos alia duo alii sacerdotes casulis induti sequuntur sacerdotem ebdomario sequente · Quo unum calicem cum aqua & uino non consecrato portat · alter nihil portat · sed mox ut illuc uenerit corpus de discooperit · & ab ebdomario incensatum · in scutella inde & reditum est ad maius altare reportat · Qd altare paulo ante a sacrista linteo candidissimo operiebatur · cui & corporale ita plicatum ab eodem mox supponebatur · expansoque · super illud corporali a sacerdote · ac desuper patena cum corpore dominico posita · calix qq; ut mos est ponitur · De huiusmodi autem officio non intromittit se diaconus nec subdiaconus · qa prudentes sacerdotes uicem illorum pomam supplent · Si & illi qui candelabra & turibulum tenent · antem altare stantes · non discedunt prius quam omnes comunicasse nouerint · In omnibus quoque quoque sepe dicetur armarius agit aut ordinat · sumopere cauet · ne quid extra usum presumat · Ha ut aliqui euidenter dicant · non magis illi quam alii extra septa claustri · per aliqua occasione licet pgredi · nec tempore silentii aliquando non cum licentia loqui · Nec in kamera ubi libri reconditur · aliquem fac intrare · nisi per rationabili aliquo illuc apportandi et reportandi · et aliud quid qd ad illius obedientiam pertinet illic faciendi necessitate · Nihil ibi scribit · nec legit · nec cantat · Nullum ibi uerbum cum aliquo effert · nisi sit ineuitabilis causa · & qq; per signa insinuari non potest · Suffraganeus uero ei non ab eo monetur & tertio quando uicem eius absentis pomam tenet · nequaquam illuc uenire debet · Infra utraque missam si absque detrimento chori abesse poterit · & per cymbalum pulsum hora refectionis · dum minutum tempestiue ad missam occurrat · in claustro scribere · et tale quid necessarium potest facere · Si & alius quibus da concedit per pulsum cymbalum ibi sedere · siquid scripserint · et aliud quid tam necessarium & utile fecerint · Quibus tamen non concedit ut infra aliquam regulare horam illic sedeant · sed mox audito signo cum ceteris ad opus dei festinant · De scriptoribus.

Sunt autem alii scriptores quibus iniungitur in capellis et aliis ad scribendum sugum sedere · & regulares horas ibidem canere · exceptis hiis festis quibus feriantur · & post uespa · iii · & missa illaque quibus in albis sine feria celebrantur · Ad caplm & ad collationem uenire non negligunt · & officio defunctorum qd celebrare agitur · & si quando presentes et absentes tabulae sonitum per aliquem mox agendo au

xvii.